



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 35. Pia hujus Seraphicæ Matris opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A.C. 1582.

§. XXXV.

Pia hujus Seraphicæ Matris opera.

Ribera l. 5. Seraphica hæc Virgo plura composuit opuscula, in quibus Spiritus Sancti unctio abundantissime invenitur: præcipue vero vitæ suæ, suarumque foundationum historia prorsus singularis, atque ad vitæ perfectionem mire conduens est, atque eminet vitæ suæ relatio, quam nonnisi ex spiritualis Moderatoris sui præcepto inchoabat, atque anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, cum Toleti moraretur, absolvebat: insuper ut Patris Bannesii celebris Dominicani, cui tum animæ suæ directionem commiserat, votis satisfaceret, de novæ reformationis suæ monasteriis, eorumque Foundationibus librum conscribere cæpit, atque ad finem anni millesimi quingentesimi septuagesimi quinti ultimam manam admovit eidem huic historiæ, quam anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo septuagesimo tertio, cum Salmanticæ ageret, Patris Ripaldæ Jesuitæ, qui tum ejus conscientiam moderabatur, jussu, necnon Patris Rouæ consilio incepit: ceterum hæc sancta præter hanc historiam nullum omnino opus exarrabat, in quo clarius virtutum suarum eminentia depingi posset: insuper
ibidem

Sæcul. XVI.
A. C. 1582.

ibidem jucunda prorsus, atque ad cientes legentium animos apta dicendi ratione articulatim suorum Conventuum foundationes describat, ac nunquam apertius sanctam mentis suæ hilaritatem, serenitatemque prodebat, quam dum varios, adversosque casus, & laboriosa non minus, ac permolesta itinera, quæ suscipere cogebatur, descripserat: porro inter reliqua hujus sacræ Heroinæ opera etiam recensetur tractatus *de via perfectionis*, quem anno post Christum natum millesimo quingentesimo sexagesimo quarto ejusdem Patris Bannesii jussu elucubravit, simplici quidem, sed pro argumenti dignitate eleganter aptato stylo usa: reperiuntur quoque ibidem eximia prorsus media ad vitam spiritualem admodum opportuna, & ut paucis absolvam, hoc opus præ ceteris ejusdem piis opusculis utilitate sua longe præstantissimum est: præterea alium pariter librum, cum diutius Toleti versaretur, conscripsit, cui titulus: *Castellum animæ*, quod ob sacræ doctrinæ sublimitatem paucorum intellectum adæquat, nec minus ejus meditationes, quibus sese post receptam sacram Synaxin impendebat, efficaci fervore, sanctisque animi effusionibus in Deum plenæ sunt: porro cum Vallesoleti ageret, manum admovere cepit

Sæcul XVI.
A.C. 1582.

pit suæ *explanationi in Cantica Cantico-
rum*, cujus tamen operis nonnisi frag-
mentum ad nos pervenit. Præter hæc
anno a partu Virginis millesimo quin-
gentesimo septuagesimo octavo librum
suum concinnabat *de modo visitandi Mo-
nasteria*, ubi monitis cælesti prorsus
prudencia repletis describit sollicitu-
dinem, quæ tam circa res spirituales,
quam temporales Monasticis Societati-
bus impendenda foret. Denique quam-
plurimæ exstant epistolæ ab hac sancta
Spiritus Magistra exarratæ, quas in
unum volumen collectas Joannes
Palafox Osmensis Episcopus notis il-
lustrabat, quæ postea publico prælo
divulgabantur unacum glossa, seu can-
tico in lingua Hispana concinnato, ac
post sacram Communionem recitando.

§. XXXVI.

Justiniani Cardinalis obitus.

*Ciacon. t. 3.
pag. 1056.
Razzius de
vit. illustr.
Ord. Præd.
Richard de
Script. ejus-
dem Ord.* Paucis post sanctæ Theresiæ obitum
diebus Vincentius Justinianus Car-
dinalis mortalitatem exiit. Is in In-
sula Chio ex nobilissima Justinianorum
familia, quæ in præfata Insula sedi-
fixerat, die vigesima septima Augusti
Anno Salutis nostræ millesimo quingen-
tesimo decimo nono natus erat: cum
autem a piissimis suis parentibus edu-
catus Christianam pietatem cum lacte
mater-